



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]ctis zenone [et] alijs mar. Cap[itulum]. lxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sancto Eryllo epi & martyre. Cap. lxxi.

Eryllus epi & martyr
rome passus est: qui flammis inie-
ctus illesus evasit: ac stupore tant
miraculi a iudice dimissus est.
Qui etiā postmodū: cū xpm instā-
ter & alacriter predicaret: et plurimos ad dñm
conuertisset: in dex penitentia ductus ipsum ca-
pite cedi fecit septimo idus iulij.

De sancto Eryllo martyre. Cap. lxxii.

Eryllus diaconus et martyr in
heliopoli ciuitate: que
est circa montē libanū impante con-
stāntino passus est. Die em̄ cū multa
idola cōtūsser: & ignib⁹ cōbussis-
set: pagani ipm tenuerūt: quē nō solū pemerūt
gladijsq; & lanceis effoderunt: sed etiaz nūnia
pietate eius ventrē execantes intestina eduxer-
unt: & ex eorum ipius comederūt. Tertiū quicū
q; huius immanitatis pericipes exiterūt: vlti-
mō condignā cōsecuti sunt. Nā aliqui subto-
dentes omnes amiserunt. Aliquorū lingue pu-
redine consumptę sunt. Aliquibus oculi de ca-
pite ceciderunt. Hec cassiodorus. vi. libro hy-
storie tripartite.

De sancta Anatholia virgine et
Audace martyribus. Cap. lxxiii.



Anatholia

virgo audax mar-
tyres i ciuitate ty-
ro italie passi sunt tēpore de-
cī cesaris sub faustiano p̄-
fide. Postq; em̄ anatholia vir-
go victoria virgine ad pudē-
citię obseruantia cōuertisset:
vt supra dictū est in passione
victorie. x. kalendas ianua-

rii: & in pleno oppido multos infirmos curas-
set: & demoniacos liberasset: in prefata tyro ci-
uitate a faustiano preside detinetur: & diuersis
plagarum ac tormentorum generibus cru-
ciatur: deinde cum serpente horribili in carcerē
re per noctem includitur: sed ab eo minime les-
ditur. Hanc quoq; aperto carcere serpens au-
dacement veneficum: qui ipsum ad virginem im-
miserat: aggreditur: sed eius moribus insu-
anatholie liberatur: & serpens ilico effugatur.
Sicq; audax ad fidem conuertitur: & ipse quo-
q; in custodia durissimā vinculatur. Virgo autē
christi cū in oratione persisteret: iussu presidis
gladio per latera trāsuerberat. Eius corpus
a christianis in tyro oppido sepelitur. Audax nō
de carcere educitur: et xpm confessus capitali
sententia coronatur. Et quia de oriente fuerat:
corpus eius ab yroze & filiis eo transfatum est:
qui passi sunt. vii. idus iulij.

De sancto Bithyo epi. Cap. lxxiiii.



Bithyo epi

cep⁹ i ciuitate mar-
tula claruit: q̄ dum
xpm dñs pdicaret:
a iudice martiano comp̄hen-
sus ē: cui iussu p̄ses os ei⁹ la-
pide diu cōtūd: deide i equi-
leo ipm leuari & crudelr torq̄-
ri. Et cū in dei p̄fessione pdu-
raret: in carcerē trusus ē. No-
cte nō facto p̄maximo terremotu ciuitas tota
cōcutit: & ruere pariete martian⁹ opprimitur.
Bithyus autē ab angelo et a beato petro ap̄lo
visitat⁹: de carcere educ⁹ est. Qui deinde m̄lto
tpe xpi euāgeliz circūaq; pdicās: magnasq;
pp̄loz multitudines oipotēri deo lucrificiens
vii. idus iulij deuit i pace. Cui⁹ aiaz astātes vi-
derūt i spē colūbe nūnee celos agillr aduolārē.

De sanctis zenone & alijs mar. Cap. lxxv.



Zenon et alijs decem

milla ducētī & tres martyres xpi
rome ad guttā iugiter manātem
martyriū passi sunt. Qui p̄ diuer-
sa supplicia trucidati xpm dñm
in suis corporib⁹ glorificātes coronas trisp̄p̄i
celestes obrinere de manu domini meruerunt:
septimo idus iulij: vt dicit ado.

De sancto zenone abbate. Cap. lxxvi.



Zenon abbas i here

mo thebaidīs claruit: de quo scribit
tur: q̄ de cella egressus dñp here-
mū oberraret: iā triduo fatigat⁹ fa-
meq; defecus quasi mortuus cecidit: cui repē-
te puer speciosus astitit: panemq; cī ac vinum
presentauit: ille autē fantasina dubitans ora-
tionez premisit: & sic securus manducauit. For-
demq; instante puero: et vt sequeretur admo-
nente: eidem ducatum vie prebuit: & ad cellam
vsq; rediit. Quo cuz sanctus intrans orasset:
ille disparuit: & abbas ipsum angeluz dei fuisse
cognouit. Hec in vitis patrum.

De sanctis septem fratribus
martyribus. Cap. lxxvii.



Septem fra-

tres filij sancte felicitatis martyris ro-
me sub antonio p̄ncipe passi
sunt. Quoz nomina hec sunt:
Januarius: Felix: philip-
pus: siluanus: alexander: vita-
lis: et marialis: horuz mater
in viduitate manens suā do-
minouerat castitatē. Quos
omnes fratres simul cum matre ad suę gestio-
nem pontificum idolorū antoninus imperator